Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus - Cod. Ettenheim-Münster 220

Münzer, Franz

[S.l.], 1715

Sectio prima

urn:nbn:de:bsz:31-122324

Visual Library

4to. an promulgaõ sit de essentia legis. ? quibus singulis distinctae sectiones respondebunt, 5ta addita de aliis ~~legibus~~ legum quibus ex institute pertractante.

Sectio Prima

Quid et quotuplex sit Lex.

Lex iuxta DD. a legendo dicitur, quia in ea unusquisque legit quid fieri oportet. 1. sed rdum S. D. 1. 2. q. 90. a. 1. desumitur a ligando quia obligat ad agendum sicut enim qui funibus ligatus facile trahitur, qua placet, ita legibus subditi a suis ligantur superioribus, ut quo placuerit trahantur, ergo Lex secundum nomen ligatura quaedam moralis, qua subditus trahitur in voluntatem superioris et sic quantum cognoscimus ipsa quoque legis natura satis congrue explicatur: sed tamen varia alia sunt legis definitiones. S. D. loco cit. dicit quod lex sit quaedam regula et mensura actuum rdum quam inducitur aliquis ad agendum vel ab agendo retrahitur. S. Gall: in suis thesibus menstruis de legibus dicunt, quod lex est iustum quaedam legitimi superioris publica potestate praediti praeceptum ad communem reipublicae utilitatem latum atque impositum subditis de exequendis honestis aut fugiendis pravis actionibus. sed haec descriptio quaedam potius videtur quam legitima definitio, unde magis placet altera quam eodem loco tradunt et etiam in aliis reperi auctoribus in hoc verba Lex est ordinatio quaedam rationis ad bonum commune ab eo qui habet curam communitatis promulgata. serviet aut in hac definitione loco generis ordinatio quaedam rationis, qua ratione convenit cum praecepto privilegio et huiusmodi quae universalia et leges non sunt, differentia autem loco serviet ad bonum commune quomodo differt a praecepto quod non dicitur respectu totius communitatis et similiter a privilegio ut mox dicam et universim ab omni alio non lege, reliqua vero in definitione addita et si iuxta multos non sunt de formali legis aut eius essentia, sunt tamen de essentia et talia sine quibus lex actualiter actionem humanam mensurare non potest, sed horum veritas ex dictis magis elucescet.

2. Differunt igitur lex praeceptum, privilegium, statutum, et sanctio. differentia autem in hoc potissimum consistit, quod lex sit quaedam ordinatio a supremo quod principe in ordine ad bonum commune facta non obligans tamen aliquos privatos, sed omnes qui sunt et erunt in communitate quamdiu illa obrogata non fuerit, unde dicitur leg. 8. ff. de legibus lex est communis sponsio civitatis ad cuius praeceptum omnes qui in ea republica sunt vita instituere debent. praeceptum et privilegium respiciunt personas singulares, et cum personae eiusmodi intereunt interit etiam praeceptum et privilegium, et hoc advertens Cicero l. 3. de legibus dixit maiores nostri in personas privatas leges ferri noluerunt id est enim privilegium. differunt adeoque lex praeceptum et privilegium sicut universale et determinatum lex enim est universale aliquid respiciens omnes, praeceptum autem et privilegium quia respiciunt determinatas personas sunt aliquid determinatum. differt etiam lex a statuto et sanctione ut dicit Azor in hoc, quod lex ferat a supremo quod principe statuta autem fiunt ab inferioribus, sanctiones autem irrogant poenam quam lex rerum se non irrogat: sed arbitror melius dici legem differre a statuto in hoc quod lex ferri non potest nisi ab eo qui habet curam communitatis, statutum autem fieri potest a quovis privato sed non respectu suorum servorum quamvis curam communitatis non habeat: sed non obstante hac differentia saepius in hoc tractatu lex praeceptum statutum et huiusmodi sumentur pro eodem. ex hoc quod lex sit dicta sufficiant, iam quotuplex lex sit indagandum est.

3. Lex varie dividitur per S. S. sed generaliter tamen est duplex nimirum divina et humana, lex divina per S. S. hic q. 93. a. 1. in fine ⊙. dicitur ratio divinae sapientiae rerum quod est directiva omnium actuum et motionum.

addi debet rdu mente S. T. ppter ea quae in antecedentibus dixerat: in bonum totius universi quod est gloria Dei. Commendatur bonitas huius definitionis ex iis quae ibidem tradit S. T. dum dicit: dictum quod sicut in quolibet artifice praeexistit ratio eorum quae constituuntur per artem, ita etiam in quolibet gubernante oportet quod praeexistat ratio ordinis eorum quae agenda sunt per eos qui gubernationi subduntur: et sicut ratio rerum fiendarum per artem vocatur ars vel exemplar rerum artificiatarum, ita etiam ratio gubernantis actus subditorum ratione legis obtinet servatis aliis quae supra diximus esse de ratione legis. Deus autem per sua sapientia est conditor universarum rerum ad quas gerantur sicut artifex ad artificiata: est etiam actuum gubernator et motionum quae inveniuntur in singulis creaturis: unde sicut ratio divinae sapientiae in quantum per ea cuncta sunt creata ratione habet artis vel exemplaris vel ideae, ita ratio divinae sapientiae moventis omnia ad debitum finem obtinet rationem legis, et rdu hoc lex aeterna nil aliud est quam ratio divinae sapientiae rdu quod est directiva omnium actuum et motionum. ita S. T. unde plura dignosci de veritate legis divinae possunt. Attamen advertendum est dictam definitionem latius aut strictius sumi posse, latius quidem sumitur, si nomine actuum et motionum etiam veniant actiones et motiones irrationalium vel non rationalium, adeoque omnium creaturarum, et rdu hoc dicit S. T. in proximo cit. quaest. a. 4. in c. quaecunque ergo divinae gubernationi subduntur, subiiciuntur etiam legi aeternae, quae vero gubernationi aeternae non subduntur neque legi aeternae subduntur. Strictius vero dicta definitio sumitur, quando sub to actuum et motionum solae actiones humanae morales et liberae intelliguntur, hi enim actus tantum proprie subduntur legi, quia liberi et non necessarii per se leges ferunt. Lex autem humana est ordinatio rationis humanae in bonum commune, adeoque illa dicitur quae a potestate humana in bonum commune ordinatur.

4. Subdividitur autem lex divina in naturale et positiva. Lex divina naturalis est, quae sic a Deo est data, quod rationi humanae naturaliter ea insculpsit ita ut etiam ratio humana dictet eam: huiusmodi sunt 10. praecepta decalogi, ita enim Deus ea ordinavit ut naturale lumen rationis attingat et cognoscat etiam abstrahendo a positiva Dei praeceptione ea esse observanda rerum ordine recto rationis. Ergo lex divina positiva ea est quae quidem data est a Deo, sed lumen rationis humanae ea non distinguit nisi prius per revelationem aliquam ei manifestetur, et huiusmodi sunt in veteri testamento leges caeremoniales et iudiciales multae, in novo autem testamento sunt praecepta sacramentorum et fidei, quae non sunt cognita humani per naturam, neque innotescunt nisi per divina manifestatione. Lex divina naturalis etiam dividi potest in immanente et participata. Immanens est ipsa ratio divinae sapientiae omnia regulantis quae in Deo perenniter existit. Participata autem ea est quam supra descripsimus, et aliter dici potest, dictamen synteresis naturae rationali per ordinem divinae sapientiae impressum, quo dirigitur in fine suum ultimum per media necessaria consequendum. Leo.

5. Quaeritur quid sit synteresis? R: quod synteresis graece latine conservatio dicitur, eque habitus immediate principiorum practicorum universim dictans esse bene vivendum: nam constat verba sunt S. Th. 1. p. q. 79. a. 12. in 6. quod sicut ratio speculativa ratiocinatur de speculativis, ita ratio practica ratiocinatur de operabilibus, oportet igitur naturaliter nobis esse indita sicut principia speculabilium ita et principia operabilium: immo autem principia speculabilium nobis naturaliter indita non pertinent ad aliquam speciale potentiam, sed ad quemdam speciale habitum qui dicitur illorum principiorum ut patet in 6. Ethicorum: unde et principia operabilium nobis naturaliter indita non pertinent ad speciale potentiam sed ad speciale habitum naturale quem dicimus synteresim, unde synteresis dicitur instigare ad bonum et murmurare de malo. ita S. Th. Synteresis ergo habitus immediate principiorum

practicam omnino proscribere, et bene vivendum, et ideo bene approbatur
quia sua dictamine rem reale in bono observat et retrahit a malo.
Subdividitur autem lex humana in Ecclesiastica et Civile. Illa est quod a potestate 6.
ecclesiastica est instituta, vimirum a Papa Episcopo vel alio quodcumque Ecclesiastico
prolatio; dicitur ista lex alio nomine Canonica, et autem canon idem quod regula et
mensura, et licet idem quod dicimus supra omnis lex sit regula et mensura tamen
aliis hoc appellatur legis Ecclesiastica tantum, quomodo humana lex, potestas est.
Lex Civilis est ipsa est quod a publica condita potestate Imperatore Rege, Duce
et huiusmodi. Et horum legum alia quoque subdividuntur, lex enim divina sub-
dividitur in activa et negativa, quarum quidquid licet sit de actibus humanis humanis dicimus
in nota de ignotia. Subdividuntur autem lex Canonica et Civilis in mere pro-
hibentes pure penales et mixtae, illa prior est quae aliquid praecipit imperat
sed sine pena, pure penalis est quae pure et duntaxat sed praecipit pena a transgressibus
subeunda, mixta autem est quae se utraque participat, sed huiusmodi subdi-
visiones ex nomine satis clarescunt: una adhuc super est divisio legis humanae quam
Stephanus L. D. hu q. 95. a. 4. affidong ponit et est divisio legis humanae in ius
quod lege gentium et ius civile, sed de hac divisione dubitatur cum bona sit, ius
enim gentium sub lege non potest omnino videtur quod sub iure humano, pro cuius
decisione specialis sectio mediate subsequens tradit ad quam dum praesupponendum
scienduum est quod quoniam in genere alia lex sit naturalis alia positiva divina, ita 7.
alia canonica et alia civilis humana, tamen omnes ho leges in unum fonte divina sapientia
et legis naturalis sito immanenti reducuntur, a qua sunt omnis potestatis emanat, ita
in eadem omnis potestatis effectus iure redundat, et ideo recte dicit Petrus et populus
Christianus omnis suis obediat etiam dissonis, quia qui potestati resistit Deo resistit.
omnis ergo actio humana regulata per legem ordinata vel mediate vel immediate in sapientia
omni legislatoris Dei, cui sit creata subsit longum imo lex: actus autem
divina libero regis aeterna legi prius subsunt, quia lex est actus superioris

obligans subditum, Deus autem respectu suae sapientiae nec superior est nec subditus proprie loquendo, quia omnia quae in Deo idem sunt cum Deo. Ex hoc ratione etiam ipsa naturalis non est lex, neque enim natura naturalis sibi ipsi subdita est, et lex est actus superioris, insuper lex est actuale dictamen imperans ac dirigens, sed actu imperare ac dirigere non convenit naturae naturali rerum se, cum sic non sit actus sed in potentia ad actum, quare lex naturalis prout se tenet ex parte nostri est actuale dictamen synteresis per ordinationem divinae sapientiae excitatum et dicens quid rerum naturam agendum quidve omittendum sit, et licet hoc dictamen theatralis, monet tamen in nobis virtute, et hoc modo dicitur in psalmo signatum est lumen tuum super nos, et rerum hoc lumen ut dicitur ad Romanos Gentes naturaliter ea quae legi sunt faciunt et ipsi sibi sunt lex: est autem hoc lumen et lex naturalis de iis quae natura repugnant et sunt insecte mala illa aversando, aut quae naturae rerum se conveniunt et insecte bona sunt illa persequendo, in quo lex naturalis etiam differt a positiva proprie tali, quae rerum se non resuscitat aliquid insecte naturae, sed tantum naturalium ex ordinatione divina, quomodo baptismus necessarius est ad salutem non ex instinctu naturae sed voluntate et ordinatione Dei. Verum de his haec abundantius dicta sunt. Lit.

Sectio 2da.

An Jus gentium a Jure naturae revera distinguatur?

8. Verum Angelicus pro modulo suo D. Aquinas hic q. 95. a. 2. omnem legem humanitus positam a lege naturali derivari dixit in hoc plena suis verba loquens, dicendum quod sicut August. dicit in primo de libero arbitrio non videtur esse lex quae iusta non fuerit, unde in quantum habet de iustitia, in tantum habet de virtute legis: in rebus autem humanis dicitur esse aliquid iustum ex eo quod est rectum rerum regula rationis. Rationis autem prima regula est lex naturae, unde omnis lex humanitus posita